



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 17. Caraffa Cardinalis unacum Strozzi in Gallias profectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

gno in honore habitus Hispanis palam **Sæcul.XVI.**
 adversaretur. Hic idem tum intentus **A.C.1556.**
 erat, ut civitatem veterem, Antium (*)
 & Palianum, quibus urbibus Columnen-
 ses nuper fuere spoliati, propugnaculis
 firmaret, quo circa adductis munienda-
 rum civitatum peritis loca, quæ pro mu-
 nimentis ibi exstruendis apta erant, de-
 signabat, ac Palianum annona, aliisque
 ad sustinendam obsidionem necessariis,
 si forte Columnenses hanc urbem ag-
 gredi molirentur, instruere jubebat, nam
 hisce propugnaculis summus Pontifex
 re ipsa ditionis Ecclesiasticæ fines ab ho-
 stili Neapolitanorum incursu securos
 reddere fatagebat.

§. XVII.

*Caraffa Cardinalis unacum Strozziō
 in Gallias profectus.*

Quamprimum Strozzius Pallianum
 validis ubique munimentis firma-
 set, con festim ad Caraffam Cardinalem
 Romam contendit, atque ambo Centum-
 cellas, seu civitatem veterem versus
 viam aggrediebantur, comitantibus eos
 quam

(*) Hæc urbs hodie Neptunum vocatur,
 exiguum oppidum ex Antii ruinis constructum,
 ac decimo lapide a Terracina diffitum.

Sæcul. XVI, quam plurimis Proceribus, ac Nobili-
A.C. 1556. bus, qui hujus itineris socii esse certa-

bant: Itaque Centumcellis portu sol-
ventes Massiliam versus navigant, de-
ducente eos Paulo Jordano Ursinæ Fa-
miliæ Principe unacum octo triremibus,
quarum nonnullæ ad Galliarum Regem,
aliæ vero ad ipsum summum Pontifi-
cem pertinebant. Cardinalis ergo Ca-
raffa cum amplissimo comitatu in Fran-
cia appulsus Fontem-bellaqueum venit,
ubi Aulam in factiones scissam experie-
batur; quippe Montmorantius Conne-
stabilis jam senio gravis innata pruden-
tia, cum de belli exitu sinistre omina-
retur, pacem suadebat, eoque consi-
lio, cum Lotharingius Cardinalis Ro-
mam profectus superiore anno abesset,
res ad concordiam per inducias addu-
xerat, adjutus in eo negotio maxime a
Caspare Colonio maris præfecto foro-
ris fratre: verum Guisianæ Domus
Principes juvenili ætate ferventes, dam
Imperii militaris ultra modum cupidi
per novos motus armorum potentiam
ad se attrahere conabantur, consilia
pacis respuebant: Porro Regis animus
erat anceps, quamvis aliunde ob feli-
ces armorum successus ad Guisiorum
consilia magis propenderet: tandem ve-
ro hærentem Henricum ad arma impu-
lit Catharina Medicæa ejus conjux, quæ
bellum

Sæcul. XVI.
A.C. 1556.

bellum Italicum continuari peroptabat, ut Petro Strozio sibi cognatione juncto supremum exercitus imperium procuraret: præ reliquis tamen Valentina Ducissa Guisianæ familiæ affinis, eo quod ejus filia Aumelio Duci nupta esset, longe maximum momentum afferebat; illa enim sibi persuasum habebat, quod ad augendam familiæ suæ gloriam, potentiamque ejusmodi bellum peropportunam subministraret occasionem.

§. XVIII.

Cardinalis Caraffæ colloquium cum Galliarum Rege.

Rebus ita dispositis Caraffa Regem a- *Thu l. c.*
 dit, eique tanquam Romanæ Eccle- *Pallav. c. 19.*
 sīe, sedisque Apostolicæ defensori no- *n. 5.*
 mine Pontificis gladium, pileumque a *Belcar. com.*
l. 27. n. 19.
 Papa de more sacratum, non sine ingen-
 ti pompa, & magnificentia offert. Po-
 stea ad privatum Regis alloquium ad-
 missus, quo in statu res Romana, ac fa-
 miliæ suæ fortuna sit, demonstrat: ex
 quo, inquit: „Patruus meus in sum-
 „mum Pontificem electus est, atque e-
 „go gubernaculis admotus sum, Chri-
 „stianissime Rex, nihil antiquius habui,
 „quam ut tibi, cui fidam operam antea
 „bello Parmensi, & Etrusco navaveram,
 „demum Pontificem conciliarem, &
 „efficerem, ut te is, spreto Cæsare,
 „&